

*manur Instituta: τῶν (inquit) ἑκατέρων τῶν ὁδῶν ἀγρυπνῶν ὑπερβολαῖς, καὶ μεγίστη προμηθεῖα τῶν ἐσομένων, θεῶν συνεργῶντος ὁ ἡμέτερος διήνησε βασιλεὺς: Horum utramque viam cum summis vigiliis maximeque rerum futurarum providentia, Deo juvante, Imperator noster confecit. Et mox. τῶν δὲ ὄντων κωδίκων, τότε Γρηγοριανῶν φήμι καὶ Εἰρημονιανῶν, καὶ Θεοδοσιανῶν. Quum autem tres essent Codices, Gregorianus, inquam, Hermogenianus, & Theodosianus; ad hæc & multæ exsistent Constitutiones, quæ post Theodosianum Codicem, fuerant emissæ: ac magnæ etiam esset contrarietas atque discordia inter eas quæ in præfata volumina erant relatæ: ὁ κράτης ἡμῶν βασιλεὺς Optimus hic noster & maximus Imperator refecit his, quæ aut inutiles erant, aut eadem repetebant, aut cum aliis quarum jure utimur, pugnant, Codicem jussit conscribi, quem de suæ serenitatis nomine vocavit. Et paucis interjectis. μετὰ ταῦτα μὲν ἔν σωπῆσεται βιβλία τῶν διγέσεων, ἧτοι πανδέκτων, ἐν οἷς ἠθροισθαι πάσα ἢ τῶν ἀρχαίων νομοθεσία, ἅπαντα διὰ τῆ ἐνδοξοτάτης τειβεριανῆς καὶ τῶν ἐλοιτῶν περιφανῶν καὶ ἐλλογιμωτάτων ἀνδρῶν σωπῆσεται, μετὰ ταῦτα δὲ ἐν πέτρασι πάσι βιβλίσι τῶν εἰρημένων διγέσεων πᾶς εἰσαγωγῆς ἐκέλευσεν ὁ γαληννότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἐπιμελεσθῆναι, πάσης νομικῆς παιδείσεως ἐσομένους πρώτοι σοιχεῖα. Postquam igitur compositi sunt libri Digestorum sive Pandectarum, in quibus omne jus antiquum collectum est, quos gloriosissimus Tribonianus & ceteri illustres facundissimique viri composuerunt; in quatuor hos libellos digitorum Digestorum Institutiones serenissimus Imperator noster partiri jussit, ut totius legalis Disciplinæ prima essent elementa. Quæ verba, nisi de synchrono Imperatore, a clarissimo Institutionum Græco interprete, ut opinor, dicta intelligi nequeunt. Non obstat, quod, ubi in compendio constitutionis Imperatoris, de Theophilo, Dorotheo atque Triboniano, quorum opera in concinnandis Institutionibus usum se Justinianus dicit, fit mentio, Theophilus noster non de seipso, sed tamquam de tertia persona loquitur, in hæc verba: Atque id quum peractum esset, Triboniano gloriosissimo magistro & ex-*